



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# Universitätsbibliothek Paderborn

## In Genesis Enarratio

Chyträus, David

Vitebergæ

VD16 C 2625

III. De perpetua successione Doctorum Ecclesiæ.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36126**

pto, significatum est, hisce tribus Linguis præcipue ueram de CHRISTO doctrinam contineri. Exant autem aliquot Orationes Philippi, de Necessitate discendi Linguas, & ingentibus utilitatibus, quas mediocris earum cognitio discantibus doctrinam Ecclesie adfert. Has Orationes diligenter studiosi legant.

III.

DE PLVRITATE

Personarum Diuinitatis.

De pluritate Personarum Diuinitatis & supra Capite 1. & in loco de Deo dictum est. Adiungatur autem ceteris hoc quoq; Cap. 11. testimonium, Venite descendamus & confundamus ibi linguam eorum. Quandoq; enim in ueteri Testamento Deus de seipso loquitur plurali numero, certum est plures Personas Diuinitatis significari, quæ in nouo Testamento adpellantur, Pater, Filius, & Spiritus sanctus, ut supra cap. 1. dicit Deus, Faciamus hominem. Necessè est igitur plures Personas esse, quæ consilia & colloquia de creatione Hominis communicent.

IIII.

DE PERPETVA SVC-

S 5 cessione



cessionem Doctorum in Ecclesia  
 xè in septimo argumento de  
 autoritate doctrinae  
 dicitur.

### TEXTVS.

Erat Terra labij unius) Homines in Ter-  
 utebantur eodem sermone seu eodem idiomate.  
 necdoche.

Venerunt in terram Sennar) seu Mesopota-  
 miam, consilio & ductu Nimrodi primæ Monarchæ  
 chæ Babyloniorum.

Bitumen) picis cognatum est erdtbech. Haec  
 diuersa genera sunt. Aliud enim aridum est, quod  
 siccatum coagulatur & picis instar durefcit. Hoc  
 ad lateres coagmentandos aptissimū putatur. Aliud  
 liquidum Bitumen sponte ex terra profluens, quæ  
 hæc loca copiose inuehitur ex Gotthia, uulgo Terra  
 appellant. Aliud ex picis generis arboribus exco-  
 quitur. Sed de Bitumine in agro Babylonico nullum  
 legant Studiosi Strabonem lib. 15. & Dioscor. lib. 2.  
 cap. 87.

Pro Cæmento) Cæmentum proprie non glau-  
 ten seu calcem aqua & sabulo subactam, sed lap-  
 dem rudem et informem ex monte casum significat  
 quo ad facturas architecti utuntur.

Celebre



Celebremus nomen nostrum) ut postea Nabuchodonosor inquit, Hæc est illa Babylon, quam ego edificauit, Dan. 4. Hanc superbiam semper committitur Νέμεσις seu ἄσπασια, hoc est, pœna diuina, quæ effugi non potest.

Descendit Dominus ut uideret) Non re seu substantia descendit, Est enim ubiq; Enter præsentat, Deus hic & ubiq; potenter, Sed desinit dissimulare peccatum, incipit reuelare, arguere, punire. Antea enim perinde se gesserat, ac si non uideret eorum machinationes.

Vt non audiat unusquisq; uocem proximi sui) Id est, non intelligat nec obediat uoci proximi sui. Verba enim Noticiæ non tantum noticiam in sensu aut mente, sed etiam effectus sequentes significant.

## V.

*Hæc sunt generationes Sem.*

*Supputatio Annorum à Diluuiò usq; ad Abraham.*

Supra Capite Quinto dixi, Deum immenso beneficio continuam annorum Mundi seriem in libris sacris conseruasse. Ac in hoc Undecimo Capite numerus annorum à Diluuiò usq; ad natum Abraham facile à quouis poterit colligi, si annos, quibus singu-

li Pa=